SUPREMUM OFFICIUM,

Quod
In felicem, ſed præmaturum, ex hac Vita, poſt partum primum exceſſum,
SPLENDIDISSIMÆ ET MORUM ELEGANTIA CONSPICUÆ VIRAGINI

D. ANNÆ REGINÆ,

Genere **BEHEMIÆ,**

FAUTRICI OPTIMÆ,

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI

D. GEORGII HÜBENERI,

Cos. Thorunenſis Spectatiſſimi, Quæſtoris Supremi fideliſſimi, Adminiſtratoris omnium Bonorum Terreſtrium aliorumq; Proventuum, ſupra dictæ Civitatis Generalis, per quam induſtrii,

MARITÆ TENERRIME DILECTÆ,

A. à Partu Virginis M.DC.LXXXII. Æt. demortuæ XX, die ſepulturæ, Julii quarta decima,
In teſtimonium doloris, quô affecti fuere,

DOMESTICI,

expoſuerunt.

ANNO M DC LXXXII.

E L E G I A.

VIRI Magnifici, intra quadriennium ſecundùm Vidui.



Cquisnam leges audet mihi ſcribere flendi?
Quis lacrymis poterit dicere jura meis?
Dicere jura queo, ſed leges ferre recuſo,
Pectora nunc lacrymis humida ferre juvat.
Flere licet, certè flendo diſſolvitur ira:
Cogitur & lacrymis cedere ſæpè dolor.
Ite meæ lacrymæ, vel ſic minus acriter urar:
Nunc ſint deliciæ nîl niſi flere meæ.
Ite piæ lacrymæ validus velut imber ab alto:
Nulla eſt quæ veſtrum cauſa moretur iter.
Ite meæ lacrymæ cauſæ mihi mille dolendi,
Maxima, quòd tumulo corpus amantis amans.
Corpus amantis amans, tumulo dum reddo maritam,
Quam nuper thalamo fata dedere meo.
Hæc tales habuit quales Lucretia vultûs:
Ingenii ac oris gratia rara fuit.
Tarquinii furor ſcelerati & fortis ad arma
Romæ illam perdit, dum parit iſta perit.
Dum parit iſta perit, ſed dum tibi paret Jëſu
Ibat ovans, cernit regna parata ſibi.

Sic


Sic benè compositum par solvitur istud amantûm.
Et concors pietas nec dubitatus amor.
Quis, quæso, illius dignè celebrabit amores:
Verborum formam nemo referre potest.
Si quando absueram revocabar ut alter Ulysses,
Et gemitu & scripto, cara marita, tuo.
O redeas tandem redeas oblite tuorum:
Conjugis esto memor, dixit, ut illa tui.
Fingebat reducem volvebat gaudia mille,
Exclamans redeas, portus & aura mea!
Jam veniet certò pia basia limine jungam:
Colla oculosq; ejus collo oculisque premam.
Hoc narrabo illi, priùs hæc narrabit amicæ:
Multa mihi dicet, sed priùs ista loquar.
Limina dum tango redeuntem ad limina spectat,
Ingremio vultum deposuitque meo.
Illa priùs blandiscaptabat colla lacertis,
Excipiturque sinu sarcina cara meo.
Et jam pallebat, lethali frigore membra
Solvuntur veluti vere tepente nives:
Ingemit & puras tendens ad sidera palmas:
Hos artûs dixit, flamma rogusque vocant.
Mens mea sed Cœlum repetet, quia venit ab alto:
Hanc domus excipiet magna capaxque Dei.
Siste tamen lacrymas, Numen tua damna levabit,
Quoque modô repares, quæ periere, dabit.

Sed nec tota cado: ſum̃ Mater: pignus amoris
Linquo Patri: in cunis vagit imago mei.
Nunc jam te linquo, mea magna, marite, voluptas:
Cùm plus non poſſim dicere, dico, vale.
O nimiùm dilecta DEO! quæ dura marito,
Fortuna invidit, te ſupereſſe tuo?
Jucundam vixi te vivâ & ſoſpite vitam:
Sublatâ, gravior morte relicta mihi eſt.
Ille brevis luſus nocet æternumq́ue nocebit!
A quo non ſperes vulnera vulnus habes.
Floſculus ut ſubitò langueſcit grandine cæſus:
Sic langues mortis facta rapina trucis.
Si pretium pro te, ſi poſſem ponere pignus,
Vitæ animæq́ue meæ portio, pignus erit.
Nîl potuére meæ, nîl Patris vota preceſq́ue,
Nîl fletus, ætas, parvula nata, tui.
Ibis & ô miſerum cui me violenta relinques?
Quis mihi deſerto mite levamen erit?
Si converſus amor tuus eſt in tædia noſtri,
Te ſine quem cogis vivere, coge mori.
Miſcebor cineri ipſe cinis, tumq́ue oſſibus oſſa
Adjungam, capiet parvula tumba duos.
Sola fugis, fruſtra pulſo tua pectora verbis:
Dum fugis, hoc parvum pignus amoris habe.
Hos tibi ſingultus, lacrymas, ſuſpiria, dono:
Hoc offert conjux qui dare plura nequit.

I jam

I jam cum donis: placidè requiesce: nec illi
Terra gravis sias, non fuit illa tibi.
Tumba tibi caros cineres commendo maritæ,
Quos proprio vellem ferre fovere sinu.
Flebilibus numeris sua deflet funera Cycnus ero:
Funeris ipse tui verè ego Cycnus ero.
Morte tuâ fractus cantabo carmina tristis:
Te veniente loquar te fugiente die.

Johan. Rézik.



So ist der blaugewölbte Bogen/
Jetzt unserm Hause nicht gewogen?
So dringt kein klarer Sonnenschein
Sich mehr zu unsern Fenstern ein.

So hört man nichts als Ach! und Stehnen/
So sieht man nichts als lauter Thränen/
So legt man nach dem dritten Jahr
Mein' andre Mutter auff die Bahr.

Ach! will der Tod sich nur bemühen/
Mir meine Liebsten zu entziehen;
Drumb wäre freylich meine Pflicht/
Daß ich auff heut' auch etwas ticht.

Doch

Doch/soll ich weinen oder singen?
Ich sehe die zu Grabe bringen/
Die mich an Mutterstat gepflegt/
Wird in das tunckle Grab gelegt.

Ach! könt' ich jetzt wie Opitz/ tichten/
Ich wolt' ein Grabmahl Ihr auffrichten/
Nicht zwar von Marmel/oder Stein/
Denn solches geht doch endlich ein.

Was aber ein Poete schreibet/
Das wird der Nachwelt einverleibet;
Ein Tichter schreibt es höher an/
Als es die Zeit verleschen kan.

Doch/diese Grabschrifft wil ich setzen/
Kan ich sie nicht in Marmor etzen/
So schreib ich dieses auff Papier/
Mein ander Mutter lieget hier.

Ein rechter Außzug frommer Frauen/
Als Titan mögen jemahls schauen/
Die würdig langer Lebens-Zeit/
Ward in der Jugend abgemeyt.

Sie suchet den gewünschten Frieden/
Wir aber wallen noch hier nieden;

GOtt

GOtt helff uns aus dem Thränenthal/
Auch seelig in den Freuden-Saal.

Simon Eckert.

KAum ist ein Jahr vorbey/ daß/ auff das trübe Weinen/
Des Höchsten Leucht' auffs neu fing über uns zu scheinen/
Da unser Trauer-Hauß mit Freude ward ergetzt /
Die leere Mutter-Stell/ so/ wie verlangt/ ersetzt.

Wir machten Rechnung hin: Nun kan es nicht entstehen/
Wir sind mit treuer Pfleg' und Vorsorg' all versehen/
Es fehlt' auch nicht bißher/ Sie nahm sich unser an/
Und that/ was immermehr ein fromme Mutter kan.

Doch leyder! wie so schnell hat sichs mit ihr verkehret/
Wie unverhofft/ wie hart sind wir auffs neu versehret!
Auch dieses Mutter-Hertz/ des Hauses Cron und Sonn
Ist hin / mit Ihr ist hin all' Hoffnung / Freud' und Wonn!

GOTT!

GOTT! wunderbahrer GOTT/ der Du die Deinen liebest/
Und eben dann auch kennst/ wann Du sie wol betrübest/
Wird denn dein zart Gemüht nicht jammern unser Schmertz?
Ja/ ja es jammert dich/ drum sprich uns Trost ins Hertz.

Jacob Eckert.

